



**Praxis Beneficiariorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrivm Doct. Ac Comitis, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

**Rebuffi, Pierre
Coloniae, 1610**

De clausulis mandatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](#)

faciat pro me: & loquatur de eo totus scri-
tit. s. mand. S. Cillo. tit.

*Fictum
mandatum*

51. Fictum mandatum est, ut quando si
deiubeo pro aliquo presente, & par-
ente, is enim mandare videtur. l. i. remuneran-
di. s. si passus. & qui patitur. & l. qui fide. f. il-
lo. nr. & potest agi mandati, ac si verè man-
datum esset: reibi: quia lex fingit præsen-
tem mandare, contra quam fictionem non
recipitur probatio in contrarium. gl. in l. f.
f. quod m. caus.

52. Figuratum mandatum vocant Doct. licet vocetur propriæ ratihabito, dum ha-
beo rata gesta nomine meo, de quo loqui-
tur regula Ratihabitionem retrotrahi, &
mandato comparari, dubium non est, illa
nam ratihabitionem de reg. iur. lib. 6. Alberic.
in dictionario in verb. mandatum. sed illa ratihabito
potest dici mandatum fictum.

*Omne re-
scriptum
potest
datum vo-
cari.*

53. Ideo ego puto omnime reascriptum pos-
se dici mandatum in genere: quia in eo a-
liquid mandatur dari forte, vel fieri: & hoc
probaret ex. in c. cum dilecta. de rescr. vbi quod
in principio vocavit literas, postea dicit
formam mandati Apostolici transponen-
tes: & idem habetur in c. cum contingat de re-
script. & c. t. de offic. deleg. abt. & sic mandatum
nostrum cluditur. Fel. & doct. declarant dif-
ferentiam inter mandatum & præceptum
in c. eam te, de rescr. vbi videri posset.

Demandatis Apostolicis.

*Demandatis Apo-
stolicis.*

V Erum ut facilius intelligatur, de quo
mandato iura loquantur, solet dici
mandatum Apostolicum, vel man-
datus de prouidendo vbi Papa mandat
alium de beneficio prouideri. cap. man-
datus. cum duobus seq. de rescript. c. si cap. de con-
cess. præb. lib. 6.

2. Aduertere tamen debemus, quod in-
terdum episcopi fraudem adhibent man-
datorii, procurando, ut quis resignet ca-
pellaniam modici valoris, ut mandatum
illorum extinguitur. ideo tu mandatarie
debes procurare, quod aliquis statim eam
impetrat in curia Romana, & post suam
impetrationem illam acceptare poteris,
cum protestatione de habendo recursum

*Cautela
pro man-
datis*

ad aliud beneficium, si tibi non debeatur: contra or-
si potest ei valet aliud beneficium, poteris dimicari
acceptare cum simili protestatione.

3. Et sic cum primum tibi non debeatur,
videlicet illa capellania iam impetrata, ob
id aliud poteris habere: & hoc modo po-
teris fraudes ordinariorum evitare, quia
prima capellania non tibi debetur, sed im-
petranti, ideo tu secundum obtinebis bene-
ficium: & hoc ita describo: quia opus est cla-
uo clauū trudere, etiā calumnia calumnia
expellere. gl. in c. cupientes, in verb. maliguan-
tium, de elec. in b. & Hippol. sing. 177. malitiis.
& cum habeas sex meses ad requi-
rendum beneficium, in c. si clericus, de præb.
in b. ob id dilatio ista est sufficiens ad im-
petrandum, vt dixi. & de his mandatis ple-
na manu hinc tractarem, lac formam man-
datorum hic conscriberem cum sua de-
claratione. In isti in tit. de mand. Apost. in con-
cor. plura scripsisse, quæ hinc non repeatam,
sed ad illa, quæ ibi dixi, te reliquam, clau-
fulas tamen mandatorum hinc summatim
elucidabo.

De clausulis mandatorum.

A Nnotare volui clausulas mandato- *Clausula*
rum substantiales, sine quibus man- *rum* in
data vix valere in hoc regno posuit: *omnes in*
nempe nulla dictio in eis vaere debet, gl. *posita ope-*
re in verb. tanquam c. solite, de maiori. & obed. & rari debet
cle. sumimus, de sent. excom. Bal. in rub. C. de con-
tribut. emptio. q. q. & clausula posita ad vnu
effectum non debet operari alium, teste
Inol. in cle. u. col. 4. de præb.

2. Prima mandati clausula est salutatio, *Salutatio*
que solet fieri ei, cui dirigitur mandatum, in mando-
vit episcopo Paris. quod si pluribus dirigi- *to quid,*
tur, omnes nominari debent, vt episcopo profi-
& capitulo Paris. alioqui grauati non cen-
sentur. c. si. de præb. lib. 6. de hac salutatione
scripsi in hac forma mandati in Concor-
datis: hic non repeatam.

3. Secunda est in secularibus, ibi, vita mo- *Clausula*
rum honestas, &c. si prouectæ etatis fue- *rum* ac
rint, sic solet fieri: si vero fuerint infan- *vite ac*
tes usque ad decimum quartum annū, so- *bones*
let

De clausulis mandatorum.

77

Iet apponi, laudabilia infantilitatis iudicia, prout fide dignorum testimonii acceptimus verisimiliter presumi, &c.

Religionis clausula. 4 Si vero regularibus concedat mandatum vel alias literas gratiae, solet dicere religionis zelus, &c. vbi mens Papae intelligitur, que illum ad istam concedendam gratiam mouit: & de hoc abundantius dicatur in noua bulla prouisionis inferius.

5 Sed ista verba, vite, &c. in exordiis posita, sunt causa impulsu ad concedendum: qua cessante, non cessant gratiae glo. sing. in l.2. in ff. de donat. doct. in cap. cun. cessione de appell.

6 Nam licet Papa dicat se facere gratiam propter seruitia sibi impensa, vel ob zelum, tamen ex quo non specificat illam rem, dicitur simplex liberalitas & non donation ob causam ut in simili scribit Oldra. cons. Titus. & hoc expressum describit Ioan. Staphile. in tract. de literis gratiae de vi & effectu clausula, fol. 82.

Tertia clausula mandati supientes. 7 Tertia est ibi, hinc est quod nos cupientes, &c. vbi Papa auditio bono impretrantis nomine cupit ei prouideri de beneficio spectante ad collationem illius, cui mandatum dirigitur, sub forma tamē decretalium mandatum & duarum seq. & Papae voluntas est executioni dandæ. cap. si quando, de rescr. scripti plene de hac executione quando iuste recusari possit, in tract. de rescr. in 2. tom. ord. reg. art. 1. § 2.

Narratio & decisio conuenire debent. 8 Quarta clausula est, in qua primo Papa narrat, de quibus beneficiis vult eidem mandatario prouideri, videlicet de canonico, &c. & haec narratio conformis esse debet pracepto, ac decisioni. ibi, ac volentes, &c. vt narratio & decisio & praecptum conueniant: in sequendo. l. si defensor. ff. de interrog. actio. alioqui non valebit mandatum, vel saltem decisio attendetur.

Propter merita mandato- riis prouidetur. 9 Quinta est ibi, volentes. vbi Papa dicte velle meritorum intuitu prouideri mandatario: nam virtutum præmia tribui merentibus conuenit: & aliorum honores alii mandatorum occasionem fieri non oportet. l. si C. de statutis & imag.

Clausula 10 Sexta clausula est ibi, ipsuma quibus-

uis excommunicationis, suspensionis, & tique ab interdicti. &c. vbi Papa tanto mouetur soluer- affectu in impretrantem, vt omnino ei rescr. &c.

prouideri velit, etiam si esset excommunicatus, & absolvit eum ab excommunicatione, suspensione, & ab aliis censuris, tam autem quam ab nomine latiss. alias rescriptum, impretratum ab excommunicato non valeret. c. i. de rescr. lib. 6. ampliations & limitationes illius regulæ scripti in interpret. c. postulatis de cler. excom. ministrantur, vbi etiam dixi collationem excommunicato factam non valere, & in rub. de excom. non vitand. in concor.

11 A iure profert excommunication: vt si quispiam verberet clericum, est excommunicatus. a. ca. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi plene ampliavi, & limitavi: & in aliis casibus a iure expressis infertur excommunication.

12 Ab homine quando quis excommunicatur ab officiali, vel ab alio iudice ecclesiastico ob contumaciam, vel alias. c. i. de iudi. & in iur. de sen. exc. per toum. istam clausulam abunde declaraui & limitavi inform. mand. in concor. & melius inferius in signatura, & in bullanque prouisionis.

13 Septima ibi, nec non omnia, &c. vbi *Clausula* Papa pro expressis habet omnia beneficia, pro expressis habet quod ad hoc vt taciturnitas non noceat im-

petranti, quæcunque sint beneficia, & qualiacunque: sed vult quod licet impretrans mandatum habeat beneficia, vel ea expectet, & si illa non expreſſerit, non noceat taciturnitas: licet alias sine hac clausula gratia non valeret. c. ad aures. & ca. in nostra, & c. si proponente, de rescr. c. si motu, & ca. non potest. de preb. lib. 6.

14 Item habet pro expressis dispensationes, quas impretrans habet pro illis beneficiis retinendis, si forte ad duo vel tria esset dispensatus: quia in rescripto gratiae est facienda mentio dispensationis, alias gratia non valet. cap. 2. de filiis presbyter. lib. 6. ideo haec clausula operatur, vt sine alia expressione valeat mandatum. de hac clausula plene scripti in concor. Francie. ob idne reperam hic.

15 Item si expectet beneficia tam per

K 3

- aliud mandatum, quam per reseruationes, nominationes, aut alias etiam pro expressis Papa habet: ita quod ob id non potest dici secundum mandatum subreptionis dicer non fuerit primum expressum: quamvis contrarium dicatur in c. in nostra, dixerit si haec clausula non adsit.
- 16 Tamen si quis impetraverit primum mandatum, & huic cesserit in retinendo sibi pensionem annuam, nisi hoc expresse rit in secundo non valebit secundum mandatum, per tex. in c. ad audientiam. 2. de refri. quia hoc non habet pro expresso hic Papa, ergo non valebit mandatum. verum quia eadem ratio videtur & in pensione: deo idem dici forte posset.
- Numerus beneficiorum effreniacumque sunt, si tamen numerum habentem non ret effrenatum, putarem hanc clausulam suppletur non prodest, per c. cum causam, de restib. & per hanc effrenatam multitudinem hic censerem, clausulam syltra tria haberet, per tex. in c. Sedes, dixerit pro expres & c. 2. illo tit. in 6.
- 17 Item quaecunque sint talia beneficia pro expressis habet, & quaecunque, ac quarum effreniacumque sunt, si tamen numerum habentem non ret effrenatum, putarem hanc clausulam suppletur non prodest, per c. cum causam, de restib. & per hanc effrenatam multitudinem hic censerem, clausulam syltra tria haberet, per tex. in c. Sedes, dixerit pro expres & c. 2. illo tit. in 6.
- 18 Et per hanc clausulam qualitates beneficiorum habentur pro expressis, quae aliis reddenter mandatum nullum, si non essent expressae c. ad aures, dixerit vide infra in novo prouisio.
- Inhabilitas imperi transi no habetur pro expressa.
- 19 Tamen Romanus Pontifex non vult haberi pro expressis inhabilitatem imperi transi: vt si furiosus puer, vel alias inhabili est impetrans, quia hic non dicitur, tum etiam quia illa clausula nihil operatur ad tollendum vitium subreptionis, quando Papa aliquid concedit ad petitionem partis sine causa cognitione, nisi in expressis: vt hie, Angel. in l. sed & si quis §. Questionum, in fin. si quis cauio. Rom. conf. 27. ista sunt rationes. Dec. conf. 105. visa. col. pen. refert Aymo Crauer. intors. 68 proponitur. col. pen.
- 20 Octaua clausula est motu proprio, vult enim Papa se liberaliter ostendere, & non coacte, nec quidem habita ratione petitionis partis hanc gratiam concedit, sed motu proprio & virrone, ac propria liberalitate: sedes enim Apostolica in his concedendis se liberaliter ostendit. & sed & dixerit.
- 21 Et si dicitur Papa concedere motu proprio, etiam si impetrans petiit, quando non fuit motus sola petitio, sed suo motu liberali, & spontanea concessit: vt docet Bald. in e. nisi, col. pen. de off. delag. & Dec. conf. 51. & pro rebus, col. 2.
- 22 Et hoc probatur ibi non ad ipsius N. vel alterius pro eo nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate discretioni vestra per apostolica scripta mendamus, &c.
- 23 Et sic non audiretur quis, volens probare Papam ad partis petitionem concessisse: quia hoc esset redarguere Papam mendacem: etiam probatio non afferret quicquam emolumenti, quia potest esse partis petitio, & tamen Papa motu proprio concessisse, non habita ratione petitionis: vt hic scribitur: quia etiam sine illius petitione hoc esset concessurus.
- 24 De ista clausula tractauit plenè in concordia in forma mand. in verbo motu proprio, ubi conscripsi. 47. effectus ultra omnes iuris interpretates, quos videre ibi quilibet poterit.
- 25 Nona clausula est, si pro alio non scriperimus. Ita clausula declarat intentionem Papæ, vt non intendat grauare collationem duobus mandatis c. mandatum de re script. nisi hoc exprimat per clausulam etiam si pro alio scriperimus.
- 26 Et in hoc regno Franciae potest grauare collatorem habentem collationes decem beneficiorum uno mandato, habentem vero quinquaginta & ultra collationes duobus mandatis. §. 1. de mand. apost. in concord.
- 27 Sed si plura mandata concedantur, primum valebit, & duo primi quod si primi moriantur, vel non prosequantur, alii prosequi poterunt per tex. mandati dicentes. Qui simile mandatum prosequatur: ergo si sit alius qui non prosequatur, non impediet secundum. vt dixi in §. fin. de colla. in concor.
- 28 Decima clausula est, communiter clausula vel diuisim, per quam Papa vult quod si communiter scriperit vel dimissum aliqui eter vel de istorum forte capitulo vel episcopo, non uisim vult.

Mandatū
generale
esse debet
ad omnia
beneficia.

vult illam iterum grauare: de qua clausula
est tex. in c. si. de preb. lib. 6. & in forma mandati
scripti in concord.

29 Vndeclima clausula declarat de quo
beneficio velit Papa vt prouideatur man-
datorio: & primo enumerat canonicatum
& omnia alia beneficia, ideo oportet man-
dandum esse generale, alioqui non valet, vt
pronunciauit senatus: licet olim mandata
dirigerentur ad dignitates tantum, ali-
quando ad canonicatus. cap. executor, &c. si
soli, de preb. lib. 6.

30 Hodie in Francia non valeret manda-
tum, nisi sit generale: & iste clausule spe-
ciales vitiarent mandatum: re scripti in §. 1.
de mand. Apost. in concor.

Clausula
vestra vel
alterius ec-
clesie quid
prosit.

31 Duodecima apponi solet clausula,
vestre vel alterius ecclesie: quæ significat,
vt episcopus non solum tenetur prouide-
re sive accepit beneficium in ecclesia cathe-
drali, verum etiam si in alia ecclesia colle-
giata: nam ecclesia cathedralis dicitur ve-
stra Episcopo, collegiata vero alterius,
quia ibi est prior vel decanus, qui illi est
praefectus.

32 Et si ista clausula abesset, non valeret
mandatum in Francia: & alibi si decesset,
non teneretur Episcopus prouidere nisi
de beneficiis in sua ecclesia vacantibus. ca.
pro illorum de preb.

33 Decimatercia exprimit ad vestram
collationem, prouisionem, &c. vbi Papa
vult grauare ordinarium, etiam si collatio
ad nominationem, presentationem, vel
ad aliam ipsius prouisionem pertineat:
hanc clausulam declarauit in §. prefati que
graduati de collatione, in concor. nec hic repe-
tam.

Dignitatis
nomine
non venit
curata.

34 Decimaquarta, etiam si dignitati, &c.
quia si mandetur prouideri de dignitate,
intelligitur de non curata: nam curata non
venit, nisi expressa sit, ca. cum in illis, de preb.
libr. 6. ideo hic exprimitur etiam si dignita-
ti, personari, administrationi, vel officio
huiusmodi cura immineat animarum: vi-
de infra in bulla noue prouiso.

Dignitas
electuaria
non conti-
netur in
mandato.

35 Decimaquinta clausula est, dummo-
do talis dignitas electuaria non existat: nam
in favorem electionum excepit dignita-

tem electuam: re in cle. i. de preb.

36 Vel quia dignitates electuare, in hoc
regno pertinent ad regis nominationem,
pertext. in §. 1. & 2. denominatio regia ad prel.
faciend, cui non vult per istam formam
mandati derogare.

37 Decimasexta ibi cum creatione in
canonicum vestrae vel alterius ecclesiae,
&c. creat enim Papa mandatarium cano-
nicum in ecclesia cathedrali, vel collegia-
ta, ad effectum obtainendi dignitatem, vt
sibi Papa retinuit, hoc facere posse, in §. fin.
dere serua in concor. etiam si statuto vel pri-
uilegio caueretur expresse, quod nulli de
dignite prouideatur, nisi cum effectu
esset canonicus, & quamvis non expri-
mat consuetudinem.

38 Idem tamen est si consuetudine ec-
clesiae esset introductum, vt nulli prouide-
re tur de dignitate, nisi esset cum effectu
canonicus: quia consuetudo & priuile-
gium æquiparantur, in c. cum coningas, in si.
de foro compet.

39 Decimaseptima est, Non obstante Canonico-
certo canonorum numero, Papa quan-
do scribit pro aliquo, nisi deroget nu-
mero deroga-
ro canonorum, non recipietur in eccl. gatur in
fia. c. constitutus de rescrip. ideo hic ponitur mandato.
ista clausula, vt iste sit creatus canonicus
ad effectum obtainendi dignitates, non
obstante quod in ecclesia certus esset ca-
nonicorum numerus, cui derogatur pro
hac vice.

40 Decimaoctava ibi, Si quemquam, Beneficiū
&c. mandat prouideri de beneficio vacan-
tur post mensē à die præsentationis: sed
quare non ante ad evitandum votum
captandæ mortis. cap. 2. de concessio. preben-
& ca. 3. eo. nō statutum post præsentationem
beneficiū deberetur, sicut de iure. cap. non rite.
duobus. & cap. eib. de rescrip. libr. 6. posset
mandatarius venire aliquem inficer,
& postea suum præsentare mandatum.

41 Vel posset differre præsentationem,
donec aliquis habens pingue benefi-
ciū esset valetudine aduersa detentus, &
postea illud præsentaret, & ista effe-
contra concilium Lateranense, in cap. 2.

de concessio. p̄c. b. ideo reprobantur per istā clausulam.

*In curia
vacantia
nordelen-
tur manda-
taris.*

*Clausula
cum pleni-
tudine iu-
ris, quid
prosi.*

*Canonicus
ad effectū
creatus nō
preiudi-
cat in di-
stributioni
bus alii
canonicis.*

*In posse-
sione mit-
tendus est
mandatori
us post col-
lationem.*

*Executor
mandato-
rum non
haber in
Francie
regno in-*

42 Decimanona ibi, Extra Romanam curiam, &c. vult beneficia in curia vacan- tia non esse mandatariorū conferenda, per c. 2. de concessio. p̄c. b. lib. 6. quia ibi sunt Papae resuata, & alia beneficia, quæ mandatarii non debentur, scripsi in §. de laetare. in verb. comprehensa, de mand. Apost. in con- cord.

43 Vigesima ibi, cum plenitudine iuris, vult beneficia conferri cum plenitudine iuris: plenitudo iuris dicitur, quando quis habet itallum in choro, vocem in capitulo, distributiones quotidianas, & alia que spectant ad alios canonicos. cap. propos. in de concessio. p̄c. b. Dom. Gen. & ali in cap. fin. de concessio p̄c. b. in 6. & hoc probat text. mandati, ibi, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem conferatis, &c.

44 Vigesimaprīma ibi, ipsumque in canonicum, &c. mandat canonicum ab eo creatum ad effectum obtinendi dignita- tem recipiendi, & sic non cum preaudi- cione aliorum: sed hic receptus non habebit distributiones quotidianas, nec vocem in capitulo, sicut alii cum effectu canonici: vt scripsi in §. fin. de resuera. in concor. sed ad effectum tantum creatur obtinendi dignitatem, &c. si faciet prius dignitas quam aliud beneficium.

45 Vigesimasecunda, ibi, inducentes, vult mandatarium in possessionem reali & corporalem mittendum, & sic non solum vult recipiendum esse, sed in posse- sionem actualem mittendum, nec sufficeret alicui conferre, nisi mitteretur po- stea in possessionem: quia per collatio- nem non transfert possesso beneficii. c. cum Berwald. de re iud. gl. in c. per tuas de don. & sic prius conferre oportet: postea in posse- sionem mittere. Pan. in cap. autrūitate, de insit.

46 Vigesimatertia ibi, Defendantesque inducūm, vult ut in possessionem missus teneatur in sua possessione, rub. ff. ne vis fiat ei qui in possessione missus est. nulla tamen per hanc clausulam datur iurisdi- ctio executori mandatorum in hoc re-

gno, sed statim facta collatione, & misso risdictio- in possessionem defendetur missus per iu- nem. dicēm Regium per casum novitatis, & vi- ti possideris interdictum: vt scripsi in 3. tono confitut. reg. initul. de cauis beneficis paſſell.

47 Vigesimaquarta ibi, Ac facientes N. Mandata- &c. vult Papa mandatarium admitten- rō benefi- dum ad beneficium omnibus iuribus, red- cium cum ditibus, & fructibus beneficii, & huic omnibus mandatario integrē sine aliqua diminu- iuribus effi- tionē prouideri: beneficium enim sine a- conferen- liqua diminutione est conferendum: vt dum. patet in rub. vt ecclesiastica benefi. sine di- minut. conferantur, & ibi in ca. inic. etiam hoc probatur. dixi in materia deuolutio. in- ferius.

48 Vigesima quinta ibi, Non obstan. ibi, de certo canonorum numero, repeti- tur ista clausula, de qua suprà dixi, & po- stea vult in mandatum valere: non obstanti- bus: vt habetur in ca. cum aliquibus, de rescrip- lib. 6.

49 Notandum est, quod haec clausula, Declausula. Non obstan. non tollit vitium subreptio- la non ob- nis in non expressis, sed solum in his, in flant. quibus est clausula specialis derogans: vt consil. Bald. cons. 490 proponitur, column. 2. in 1. volum. & consil. 505 dominus Mediolani. & Corn. consil. 245 licet alias. column. 2. versi. Erin- super. in 1. volum. sequitur Aymo Craveite, consil. 68. column. 2. num. 6. alia de hoc dixi in concord. [G. inferius in forma dispensa.]

50 Vigesimasexta ibi, Aut si vobis ab A- postolice, &c. derogat indulto, quod soler- ecclēsī concedi, vt non teneantur aliquē recipere, nisi de indulto expressa sit facta mentio: quod indultum habent Clu- cens. vt scribanī inferius in butta dispi.

51 Vigesimaseptima ibi, Seu si dictus N. præsens, &c. vult posse praestare iuramen- tum per procuratorem, etiam si statuto ecclēsī contrarium caueretur. vt est in multis regni ecclēsī.

52 Ultima est ibi, datum, &c. de qua & a- liis omnibus abundē tractauī in concor. in forma mandat. ibi videre reliqua cui licet e- rit liberam.

Divisio